







PRO CANCELLARIVS

D. CAROLVS FERDINANDVS  
HOMMEL

ECCLESIAE CATHEDR. MARTISE. CAPITVLARIS, CONSI-  
LIARIVS SERENISS. ELECT. SAX. IN REBVS IUSTITIAE AVLICVS,  
SVPR. IN PROVINCIA CVRIAE ASSESS. DECRETALIVM P. P.  
FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIVS ET DECANVS PERPE-  
TVVS ACADEMIAE DECEMVR EIVSQVE CONSILIARIVS

SVM MOS IN IVRE VTROQVE HONORES

PRAENOBILISSIMO CANDIDATO

DANIELI SCHIEBELERO

HAMBVRGENSI

DIE III. MARTII MDCCLXVIII.

TRIBVENDOS INDICIT.

---

RHAPSODIAE

*Quaestionum in foro quotidie obvenientium,  
neque tamen legibus decisarum*  
Collectio XVIII.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.





## OBSERVATIO CCXGIX.

*Exceptio per me non stetit, attendenda in testamentis, non in contractibus.*

*Poenitentiae, etiam hodiernis moribus, in contractibus innominatis non raro locus est.*

**I**gnorare Germanos contractuum nominatorum et innominatorum distinctionem nec in his poenitentiam locum habere, WERNHER P. 2. *Obsf.* 380. num. 45. seq. STRYKIVS *Vf. Mod. tit. de condict. caus. dat.* §. 3. BERGER in *Oeconomia Iuris lib. 3. tit. 6. §. 6. not. 3.* existimant. An recte? alii viderint. Esto autem; ponamus pragmaticorum rationem verissimam esse, nihilominus tamen vel sic iuris Romani doctrina obtinebit et poenitentiae tunc saltim locus erit, quotiescunque aliquid dedi, vt intra certum tempus aliquid faceres, nec fecisti. Item si ei, qui accepit, impossibile est, promissa facere; v. c. si dederim tibi mille, vt forem meam in vxorem duceres, haec autem nuptias recusauerit, tunc non dubium, quin nummos datos repetere liceat. L. 7. §. 1. ff. de *condict. caus. dat.* L. ult. ff. eod. Obstant enim Lex. 10. C. de *condict. caus. dat.* tanquam Rescriptum, non debet generaliter accipi, sed de singulari casu intelligi, vt sapienter STRYKIVS *Exercit. 18. tb. 11. seq.* notauit. Adde MENKENIUM in *Pand. tit. de condict. caus. dat.* §. 3. in fin. Hodie enim tunc demum modus vel conditio extitisse fingitur, si non per eum, qui promissit, sed magis *per ipsum aduersarium* stetit, quo minus impleatur. L. 161. ff. de *reg. iur.* L. 50. ff. de *contrab. emt.* CARPZ. P. 1. *Const.* 12. *Defin.* 38. num. 5. Nisi enim ipsius petitoris culpa factum sit, quo minus modus impleatur, frustra reus exceptionem; Per me non stetit, opponet. Aliter in vltimis voluntatibus L. 31. L. 3. L. 23. ff. de *condit. et demonstr.* Item reuocato ab altera parte pacto, siue tacite v. c. contrauentione, quae pro reuocatione habetur; siue eo expresse reuocato, mihi quoque recedere licebit. L. 14. C. de *transact.* Cap. 38. de *reg. iur. in 6to.* Caeterum petitorem alternatiue his verbis: aut imple promissum aut excepta restituere, agere posse, nemo dubitabit. STRYK. *Caut. Contract. Sect. 3. cap. 7. §. 22.*

M 2

Ratio



Ratio autem, quare pragmatici a iure Romano recesserint, et nullam vnquam in contractibus innominatis poenitentiam statuerint, me semper latuit, nec conciliare possum, quae de ea re effundunt. Audiamus praeclaras eorum, si diis placet, rationes, quas ad vnum fere omnes his verbis efferunt: *Cum poenitendi facultatem*, inquit, *ideo daret ius Romanum, quia in contractibus innominatis is, qui nondum ex sua parte contractum adimpleuerat, alterum tantummodo ex nudo pacto obligatum habebat, hodie autem omnia pacta, etiam nuda, producant obligationem validam, repellendum esse petitorum re adhuc integra conditione causa data causa non secuta repetentem, exceptione opposita: Adhuc implebo.* Quid istud rei est? Certe verba audio sine sensu. Nam apud Romanos nuda pacta, etsi nullam actionem, tamen EXCEPTIONEM producebant. *L. 7. §. 4. ff. de pact. L. 21. C. eod.* Itaque in hisce innominatis contractibus et iure Romano potuisset reus dicere: *Implebo.* Cum autem hoc dicere non potuerit, in promptu est, plane falsam esse a pragmaticis allatam rationem, et causas fuisse longe alias, quas alio tempore pandam, quare apud Romanos promissum, vsque dum alter non impleuisset quod vicissim promiserat, reuocari posset. Nunc mihi sufficiat, ostendisse, pragmaticorum rationem, quare hodie poenitentiam h. e. facultatem recedendi ab eo, quod conuenerat, si alter moras neclat nec a sua parte contractum impleat, praefraete denegant, plane falsam et erroneam esse. Habiturus enim fuisset iam pristino Romanorum iure reus actione conuentus vtique actorem ob causam non secutam data repetentem ex pacto nudo obligatum, quia pacta nuda exceptiones validas producebant. Nihilominus tamen is poterat poenitere.

CCC.

*Si praeter cambium hypotheca constituitur, etiam in hypotheca usurae 6. pro 100. permissae.*

In cambio 6. pro 100. usurarum nomine accipere permissum, in hypotheca vero illicitum. Si autem praeter cambium etiam hypotheca pro eodem nomine caueat, quoniam haec pactum est quasi accessorium, sequitur hypotheca naturam cambii, vt Principis potentissimi ad Facultatem Iuridicam rescriptum indicat:

*Hoch.*



77

Hochgelahrte, liebe Getreue. Nachdem Zweifel entstanden, ob, wenn ein Creditor von dem Capitale, worüber ihm, aufer dem erlangten Consens, eine Wechselverschreibung ausgestellt worden, 6. pro Cent Interesse genommen, auf Kürzung des 6ten Zins Thalers und Bestrafung des Gläubigers, um so viel, als er über 5 pro Cent erhalten, zu erkennen und also die Disposition des Mandats wider die Banqueroutirers §. 2. auf diesen Fall zu ziehen? So haben wir uns, diese Frage hierdurch dahin zu entscheiden, entschlossen, daß, wenn über einer Schuld ein Wechsel ausgestellt, jedoch auch, mehrerer Sicherheit halber, dem Darleiber ein unbewegliches Grundstück zum Unterpfand verschrieben, und in die Hypothec Lehn- und Landesherrlicher oder auch gerichtlicher Consens erlangt worden, der Creditor den nach dem Mandate vom 19. Martii 1704. erlaubten 6ten Zinsthaler füglich nehmen könne, und oberwehntes Mandat wider die Banqueroutirer bierauf keinesweges zu erstrecken sey; Begehren dannenhero, ihr wolle, wenn in dergleichen Fällen und Sachen Acta in Unsere Juristen-Facultät bey euch zum rechtlichen VorSpruch übersendet werden, euch in Sprechen darnach achten. Daran geschiebet Unsere Meynung. Datum Dresden, den 22. April. Ann. 1747.

Opus tamen est, vt cambium suis temporibus prolongetur. Nam tempore solutionis praeterfluxo nec prolongato cambio, tantum Interesse morae adiudicatur.

C C C I.

*Si quid vicini detrimento aedificatum sit, id demoliendum, etsi ab initio nouum opus non fuerit denunciatum.*

Quotiescunque a vicino aduersus aedificantem iam perfecto opere agitur, is illico: cur fieri fuisse, cur opus nouum tempestiue non nunciasti? excipere solet. Quasi demolitionem nemo petere possit, qui, cum videret et sciret sic aedificari, mature non contradixerit. Sed respondeo: opere iam consummato *Interdictum* quidem ex noui operis nunciatione cessare, sed Petitorio semper locum esse, aut alio interdicto. L. 1. §. 1. ff. de nou. op. nunc. LEYSER Spec. 426. med. 7. Nempe interdictis, qualis est noui operis nunciatio, tantum de possessione, non de iure, contenditur. Itaque si quis nunciationem omiserit, tamen ei petitorium saluum.



Alia quaestio: an publice expediat consummatum iam opus demoliri? Imo expedit, quia quod sua culpa aedificans damnum patitur, sentire non videtur, nec iuris regula patitur, cuiquam ius suum ob publicam, nescio quam, cerebrinam vtilitatem eripere. MEVIUS ad Ius Lub. P. 3. tit. 12. art. 1. n. 12. Nam quod de tigno iuncto scriptum, tunc saltim obtinet, vbi sine totius aedificii ruina et enormi aedificantis damno id separari nequit. Deinde cum tignum sit res fungibilis, cui sine accipientis damno rem aliam eiusdem generis substituere possumus, hoc leue damnus praetor non curat. MEVIUS ad Ius Lub. lib. 3. tit. 12. art. 7. n. 42. seq. At si maius vicini damnus sit, et tale, quod aestimationem certam non recipit, non probo a quibusdam nimis inconsiderate traditum canonem: multa iam facta tolerari, quae ab initio fieri non permissa fuissent. Potius ius suum cuique tribuendum, etiam cum magno laedentis incommodo. Nec miseratione dignus, qui friuole alios ac nimis proterue decipere et iure suo fraudare studuit. Ita Facultas Lipsiensis Mense Ian. 1768. amplissimo Senatui liberae ciuitatis Francofurtanae respondit: *Obwohl Beklagter allenfals sich zu einer Entschädigung erbiethet, da es denn das Ansehen gewinnet, als sey er hierzu um deswillen allerdings zu lassen, weil in Bausachen je zuweilen etwas, nach bereits vollendeten Werke, eber geduldet wird, als vor dessen Anlegung erlaubet worden seyn dürfte, sintemalen schon fertige Gebäude mit des Bauenden unverwindlichen Schaden zu verwüsten, bedenklich fällt:*

*Dennoch aber und diemeil, wenn die Untersagung des neuen Baues nicht gleich anfangs beschehen, zwar hernach das Interdictum ex noui operis nunciatione, als welches lediglich auf einen gegenwärtigen Besitz sich gründet, hinwegfällt, hingegen aber auch nach volbrachtem Werke noch allemal das Petitorium übrig bleibt, und in solchem auf die Abtragung erkant werden muß, da was vom tigno iuncto, als eine re fungibili, in denen Rechten zu befinden, auf solche Fälle, die keiner Würderung unterworfen, und davon man folglich nicht so leicht, als von einem Balken oder Steine, den doppelten Werth erstatten kan, keinesweges sich erstreckt, wie denn auch Beklagter um Klägern zu befriedigen, nicht etwa ein ganzes Gebäude mit unverwindlichen Schaden und gänzlicher Zerrüttung niederreißen, sondern nur ein Gerümpe hinweg schaffen darf etc.*



*Stuprator non cogendus alimenta in nummis praebere, si infantem ipse in sua domo educare velit.*

*Stuprata si mortua, spurius est in potestate aui.*

Auriga puellam compresserat. Hac mortua infantis maternus aus alimenta a stupratore cum peteret, affirmabat reus stuprum, sed alimenta in nummis praestare recusabat, se ipsum enim velle educationem procurare et puerum in suam domum recipere. Insuper reus, prima specie satis liberaliter, se per rescriptum principis legitimatum esse filiolum, vltro offerebat. Ad haec aus infantis sequentia reponebat: *Mit der Ebelichmachung habe Beklagter schon lange sein Spiel getrieben, und solche versprochen, sehe auch schon wohin es abziele, nemlich, weil er, der klagende Großvater, alt würde und Beklagter dadurch sein weniges Vermögen zu erlangen hoffete; es würde aber kurz und gut aus dieser Ebelichsprechung nichts werden, weil man kein Hurkind wider willen legitimiren könne.* Nouell. 89. cap. XI. *Er als Großvater würde solche nicht verstaten, auch bewirke die legitimatio per rescriptum principis keine väterliche Gewalt, und Beklagter bliebe, wenn auch selbige erfolgen sollte, nichts destoweniger noch allemal bloß ein natürlicher, nicht aber rechtmäßiger Vater. Vielmehr habe Kläger, als Großvater des Kindes, weil er die väterliche Gewalt über seine verstorbene Tochter gehabt, auch solche väterliche Gewalt über deren nachgelassenes uneheliches Kind. §. 3. Instit. de patr. pot. Er brauche sich nicht als Vormund des Kindes aufzuführen, sondern er klage in großväterlicher Gewalt. Es komme also auf ihn an, wo er das Kind erziehen lassen wolle. L. 1. ff. vbi pupill. educ. Ein anders wäre Unterhalt darreichen, ein anders wirklich erziehen. Beklagter begehre etwas, so dem Herkommen und Gerichtsbrauche zuwider, sintemalen bey solchen Schwängerungs-Sachen das Erkenntnis allemal dahin: Dafs Beklagter das mit Klägerin erzeugete Kind jährlich mit zwölf Gulden zu unterhalten schuldig, auszufallen pflege. Was würde sich dieser arme Wurm, so noch kein Jahr alt wäre, bey Beklagters Eberweibe für eine Wartung zu getrösten haben? Ein Großvater werde wohl ebe sich des unschuldigen Kindes annehmen, als eine Stiefmutter, die solches, (da es noch dazu des Mannes ihr anfangs verschwiegenes Hurkind sey,) natürlicher Weise nicht für*  
Augen



Augen würde leiden können. Wie dürfte es selbigen ergeben? Es würde gewiß mehr Stöße und Schläge als Bissen Brod bekommen, länger in seinen Unstatte liegen müssen, als es gereinigt und auf dem Arme getragen werden dürfte, also müsse es in kurzen entweder verfaulen und sterben, oder doch gewiß ein Krüpel bleiben. Klagen der Großvater gräme sich, wenn er das sich vorstellte, und könnte nach Gewissen solches nicht zugeben, vielmehr bitte er fustellig, dem Kinde das Leben, ihn selbst aber von bevorstehender Schwermuth zu retten; Es beruhe ja nach MENKENS Berichte ad Pand. lib. 27. tit. 2. §. 1. alles in dieser Sache auf richterlicher Willkühr. Talia licet valde speciosa viderentur, nihilominus cum reus obuertet, mera grauamina haec esse de futuro, propter insignem reorum fauorem iis electionem non adimendam esse pronunciauimus, hac formula: Dafs, was die verfallene Zeit betrifft, Beklagter seit den 15. Septemb. des 1766sten Jahres die vorgeschaffenen Erziehungskosten jährlich an 12. Gulden Klägern zu erstatten, auch mit solcher Abentrichtung so lange, bis er das Kind wirklich zu sich genommen, fort zu fahren schuldig; dabingegen so bald dieses erfolget, Klägers Suchen alsdenn weiter nicht stat hat. Neque tamen, quae posuimus, eam vim habent, vt liceat patri naturali partum eripere matri et suae domui vindicare, sed hoc solum diximus, ei tunc demum, si alimenta stuprata perat, hoc concedendum esse.

## CCCCII.

## De sententiis medium ferientibus: Schnitter Urtheilm, Bauerchieden.

Ait in Oratione pro Roscio, capite quarto, CICERO: *Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus; at arbitrum hoc modo adimus, vt neque nihil neque tantum, quantum postulauimus, consequamur.* Hoc posterius in iudicio finitum regundorum saepe euenire solet, fortasse et in aliis quibusdam causis, vbi rem dubiam in partes diuidere aequum videtur. Nonne si arcem oppugnantibus imperator praemium posuisset tale, vt qui primus murum adscenderit, centum haberet, atque duo vno tempore adscendissent, nonne inquam sententia placeat, per quam, cum vtrumque proposito priuare praemio iniquum sit, vnicuique quinquaginta addicantur? Immo leges habemus quasdam, vt ita dicam, diuiforias, qualis



qualis illa de thesauro in fundo alieno forte fortuna inuento, quam, vt ex SPARTIANO in *Hadr. cap. 18.* intelligitur, Hadrianus imperator primus excogitauit. Nam cum thesaurum in alieno reperi- tum sibi totum arrogaret inuentor iure occupationis, contra vero dominus fundi eum sibi assereret iure accessionis, Hadrianus me- dium feriens diuidium vtrique adiudicauit. Aequum hoc, sed pa- rum subtile, vt meliora sensisse mihi videatur Indorum quidam rex, nomine Phraotes, qui, vt PHILOSTATVS, *libr. 2. cap. 39.* re- fert, proposita simili quaestione, cum de thesauro in agro vendi- to inter emtorem et venditorem contentio esset, haec protulit: *Ineptus sim, ait, si, quoniam veriusque postulatio probabilis videtur, partiri inter se ambos aurum iusserim. Id enim vel anicula quacuis iudicauerit.* Anilem hanc decisionem rex barbarus pronunciat, qualem vel consulta de ea re vetula vel rusticus quisque facile fer- re possit, vnde etiam BESOLDVS in *Thesauro Praëtico* huius- modi diuiforias sententias ignominioso vocabulo *Bauernschiede* ap- pellauit. Mihi autem potissimum MODESTINVS in *L. 1. ff. de re iud. et eff. sent.* huiusmodi iudicium rem litigiosam diuidens improbare videtur, quando sententias aut absolueri debere aut con- demnare, innuit, vt monstrosa videatur, per quam vterque litigan- tium ita succumbit, vt vincit. Vnde a sententiis medium ferien- tibus, quae rem litigiosam aequis partibus inter reum et petiorem diuidunt, sibi cauent dicasteria, sique probationes vtrinque pares aut aliae rationes rem plane dubiam effecerint, reum potius ab- soluunt. Ecce exemplum: *Dass in voriger Instanz übel verabschie- det und wohl appelliret, derowegen der gespaltene Aker zwischen Ap- pellanten und Appellaten nicht zu theilen, sondern würde Appellant vermittelst Eydes erhalten und dass - - - noch zur Erfüllung schwä- ren, so hat er dasjenige so ihm zu erweisen auferleget, und er sich an- gemasset, zur Nothdurft erwiesen, derowegen etc.* Nec me mo- uet, tres olim in iudiciis tabellas A. C. NL. datas fuisse, cum il- lud veterum NON LIQVET etiam absolutionem, in se continui- se videatur, vt loca probant in GESNERI *Thesauro* s. v. *Liquet* et BRISSONII *Formulis* laudata. Est enim huic sententiae NON LIQVET nostra plane similis, qua interdum vtimur: *Dass noch zur Zeit und in Ermangelung hinlänglichen Verdachts wider den Angeeschuldigten weiter nichts vorzunehmen.*



*Si caput rei et quod potissimum ad condemnationem sufficit delinquens fateatur, facile creditur, nec commississe, quae negat.*

Magnum utique fauorem merentur, qui in pleno confessionis et poenitentiae statu interdum ipsam etiam mortem exoptant, ut vix humanitas permittere videatur, sinceritati reorum, id quod principale est, ingenue affirmantium, in rebus minus principalibus subdifferere velle. Nam ut tribunal nocentium scopulus, ita etiam ingenuitatis portus esse nec ad barbariem debet crudelitatemque destitit. Igitur delictum primum confitenti credo caetera deinde omnia, etiam ea quae ad mitigationem vergunt, si suspicio fraudis et doli mali in eo absit, quod sensui iudicis vnice committendum. Apparet hoc ex iis, quae iudici Ranifensi respondit Mense Decembr. 1767. Facultas Iuridica Lipsiensis: *Hat ernante Marischin, als sie dem Scharfrichter auf gewisse Maasse untergeben worden, in Güthe gestanden und bekant: das sie ihr Kind, in der Absicht solches zu erdöden, zweymal an das Betbret mit dem Kopfe gedrückt; Ob nun wohl dieselbe dabey annoch beharret, das ihr Kind ebe sie es an das Betbret gedruckt, schon bey der Geburt von ihr auf die Erde geschossen, auch solches Herabfallen auf den Fußboden ohne böse Absicht und nicht aus Vorsatz, sondern von ungefahr geschehen sey, letzteres aber, da Inquisitin die begangene Mißthat, in dem vollkommenen Stande der Reue, frey und offenberzig bekant, für eben so wahr als erstes angenommen werden muß, sintemalen es der Menschlichkeit entgegen und sich selbst widersprechend ausfallen würde, wenn man aus übertriebener Härte nur dasjenige, welches zu ihrer Verdammis gereicht, glauben: hingegen was etwa zu einiger Entschuldigung aus schlagen könnte, für erdichtet halten wolte; weshalb das nunmehr an eine weitere Peinlichkeit nicht zu denken, satfam erbhellet, bey welcher der Sache Befchaffenheit das unvermuthete Herabschiefen des Kindes auf den Fußboden für eben so wahr, als das nachher erfolgte vorsezliche Drücken an das Betbret, gehalten werden muß, da denn von welcher Velezung eigentlich der Tod des Kindes erfolget? die sehr bedenkliche Frage entliebet. etc.* Et iterum mense Decembri 1767. Iustituario Gossecensi mense Decembr. 1767. in crimine furti: *Ueberhaupt aber mehr Vermuthung vorhanden, das der Bestohlene sich in der Summe geirret,*



geirret, als daß Inquisit (da er der Rechte unerfahren, also schwerlich zu glauben, daß er gewußt, wie viel auf die abgeleugnete Kleinigkeit bey Entscheidung der Sache ankommen dürfte) arglistiger Weise durch Verneinung einiger, nach seinen Begriffen, geringer und unerheblicher Umstände, sich einen Vortheil zu verschaffen gesucht haben sollte, also, da er übrigens die That an und für sich selbst völlig eingeräumt, und bey einer zu erkennenden Marter auf den Grad natürlicher Wahrscheinlichkeit alles in allen ankommt, eber zu glauben, daß Inquisit, da er das gröfsere zugestehet, auch das geringere der Wahrheit zuwider nicht verhalten haben werde etc. Et iterum mense Ianuario 1768. Dieweil es wunderfam herauskommen würde, wenn man, da Inquisit in ihre Mißthat freywillig bekennet, zwar dieses: daß sie sich mit ihren leiblichen Vater fleischlich vermisset habe, auf ihr bloßes Angeben für wahr annehmen, hingegen in ihrer Versicherung: daß sie nicht wisse, ob er den Saamen in ihren Leib laufen lassen, Mistrauen setzen, also ihr zugleich glauben, und auch nicht glauben und, welches noch sonderbarer, nur da, wo es ihr schaden könne, denen Regeln natürlicher Vernunft zuwider und mit Hintansetzung aller menschlichen Empfindung, auf eine Peinlichkeit erkennen wolte.

CCCV.

*Membrorum mutilatio militiae detrectandae causa sex septimanarum carcere punitur.*

Caius Vettienus, vt VALERIVS MAXIMVS lib. 6. cap. 3. §. 3. refert, sinistrae manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat. Hunc bonis publicatis Senatus aeternis vinculis extra ordinem puniuit, quod et Augustus Imperator fecit. SVETONIUS Aug. cap. 24. Durior adhuc poena in L. 5. Cod. Theodos. de tironib. statuta. Sed Theodosianum corpus quia non receptum, vltra temporariam relegationem aut sex septimanarum carceris poenam vix proceditur. (Obsera. CXXVII.) Omnino enim id facinus poena carere nequit, quoniam membris suis in perniciem reipublicae nemo abuti debet. Can. 9. caus. 23. qu. 5. L. 13. ff. ad L. Aquil. cuius tamen ex Codice legis verba: quoniam dominus membrorum fuorum nemo videtur, emblema Triboniani puto, quia VLPIANVS ita non potuit sentire, Videatur VATTEL *Questions de Droit Naturel* für M. Wolf. pag. 13.

N 2

CCCVI.



*Probatio rei ineptae, aut iniurandum superuacaneum,  
etiam post rem iudicatam reiicitur.  
De sententiis tacite alternatiuis.*

Sententia inepta vires rei iudicatae non consequitur. Id generatim omnibus notum imprimis autem, quod haec rubrica loquitur, ex professo demonstrarunt LEYSER. *Spec. 137. med. 3. et Spec. 470. med. 8.* PUFFENDORF. *Tom. 2. Obs. 109.* Talis sententia ne quidem rescissione indiget. *L. 19. ff. de appell.* Imprimis sententia contra rem iudicatam priorem lata nunquam vires rei iudicatae consequitur. *L. 1. C. quando prouoc. non neceff.* WERNHER. *P. 8. Obs. 23. et P. 9. Obs. 171.* Vide etiam quae nos supra *Obs. CXI.* annotauimus. Sunt tamen quaedam sententiae tacite alternatiuae. Nam si iustus sis documentum recognoscere, laetet in ea simul potestas diffidendi, et qui per rem iudicatam instrumentum edere iustus est, nihilominus absoluitur, si iuret: se id non habere. *L. ult. C. de fid. instrum.* Legenda omnino BERGERI disputatio: *De sententiâ tacite alternatiua.* Eodem modo licet res iudicata defuncto iuramentum veritatis imposuerit, tamen heres vel successor singularis de credulitate iuraturus admittitur. *O. P. R. ad tit. 18. §. 8.* nec exceptio rei iudicatae ei opponenda.

*Lotteria.*

Si collector subcollectorve dominum fortis defraudauerit, hic non solum collectorem, verum ipsam quoque Lotteriam siue directorem conuenire potest, nec Germanicum illud *Hand muss Hand wahren*, obtinebit. Tenetur enim Directorium facta suorum collectorum et subcollectorum praestare, quia secundum naturam negotii, multorum hominum opera et auxilio indigentis, tacitam substituendi potestatem collectores accepisse videntur.

Si tamen dominus schedulam *den Loszettel* collector, vt luctum solui curet, tradiderit, is vero a Directore schedula praesentata pecuniam acceperit nec domino restituerit, Directorium non tenetur, quia collector iam directorii mandatarius esse desit, imo



imo potius per transmissionem schedulae is nunc domini mandatarius factus est. Nec enim tunc quippiam Directorio imputabimus, vtpote quod cuilibet schedulam praesentanti tuto soluit. Ita Regimen Hanoueranum, vt ex Actis a Senatu Bremensi ad nos missis cognoui, in causa van der Veken contra Cassau 1748. his verbis decreuit: *Die weil der Directeur für seinen Colporteur zu stehen schuldig ist, so wird ihm hiermit auferleget, den Gewinn der 5000. thl. an den Cassau binnen 14. Tagen zu bezahlen.*

## CCCVIII.

*Turbatio possessionis etiam in non faciendo consistere potest.*

Possessorium summarissimum etiam in rebus incorporalibus locum inuenire, notum est. *Cap. 2. de restit. spoliat. in oto.* Si quidem hoc remedium etiam prodest his, qui exercitio iuris priuantur. *Cap. 8. 10. 13. X. de repet. spoliat.* Ex hoc turbationem possessionis etiam in non faciendo consistere posse, consequitur, vt: si casatus quidam mihi quotannis gallinam praestiterit, nouus vero emtor eam deneget, non petitorio tantum, sed, si ita ex re esse videatur, etiam possessorio remedio emtor casae pulsari potest, etiamsi alibi habitet, propterea, quod possessorium actio realis est. Ita mense Iulio 1767. Serenissimo Duci Meclenburgico respondemus: *Ob wohl Beklagter von dem Anspruche um deswillen entbunden zu werden verhoffet, weil ihm als einem neuem Besitzer des Guttes Prezier, aus welchen die geklagten 6. Fuder Heu jährlich verlangt werden, nichts angehe, was etwa der vorige Eigenthümer versprochen habe, sintemalen Kläger solbten Versprechens halber keine Hypothek sich besterigen lassen. Dennoch aber und dieweil Kläger, das die Vorfabren am Guthe Prezier ihm jährlich 6. Fuder Heu geliefert, beygebracht, und Beklagter dadurch, das er solche nicht weiter leisten wil, jenen beeinträchtiget, sintemalen auch mittelst Unterlassung einer Handlung, so vorher geschehen, eine Turbation erfolget, sodann die Klagen um Besitz nach kanonischen Rechten unter die dinglichen gezehlet werden, und bey Dienstbarkeiten nicht nützig ist, sich eine Hypothek bestätigen zu lassen, sondern auch ohne solche ausdrückliche Pfand-Gerechtigkeith ein jeglicher Besitzer des dienstbaren Gutes solche leisten muß: So ist etc.*



Haec more nostro placuit praefari, antequam solennia,  
quibus doctissimus Iuris Candidatus

## DANIEL SCHIEBELER

HAMBURGENSIS

doctor creabitur, indicaremus. Natus est Hamburgi, anno huius seculi quadragesimo primo, parentibus DANIELE mercatore et CATHARINA e gente GARBERSIORVM, quos optimos parentes et probe educando praeclaram operam nauantes, matrem quidem anno MDCC LII. patrem autem sex annos post mors praematura eripuit. Quo tristiora haec fata filio aetate minori, eo praeclarius de ipso meruerunt dati tutores HENRICVS CHRISTOPHORVS LIENAVIVS, Prudentissimus Reipublicae patriae Senator, et NICOLAVS ADOLPHVS SCHMIDIVS mercator felicissimus, qui nihil, quod ipsi parentes praestare potuissent neglexere, vnde eos, dum viuit, ex merito veneratur. Prima cultus diuini et litterarum rudimenta docuit IOH. GVILIELMVS HIERONYMVS, nunc in exercitu Borussiae iudex militaris cohortis Praetorianae. Post huius viri nostri charissimi discessum ab vrbe patria, puer agens annum decimum sextum in inclutum ludum Iohanneum ductus non solum IOH. IACOBI VOLCKMANNI, tunc Collegae sexti, nunc Subconrectoris hospitio et institutione fidelissima nutritus, verum etiam in schola eadem praeceptores nactus MOLLERVM Conrectorem, et MÜLLERVM Rectorem vtrumque optimum, meritissimumque, quorum hic imprimis ipsi parentis loco fuit. Deinde meruit in illustri Gymnasio et RICHEIO in historicis, REIMARO et SCHAFHAUSENIO in dialecticis praelectionibus assiduus fuit, Iuris pruden-

coll.

8 M

pruden-



87  
prudentiae autem historiam docuit VVNDERLICHIVS. Tandem se in Academiam Georgio-Augustam contulit et in ciuium numerum relatus est anno MDCLXIII. Rectore magnifico PÜTTERO, in qua celeberrimis professoribus, potissimum MEISTERO et STEECHIO Ciuitatis Gottingensis Senatori, discendae iurisprudentiae causa, operam dedit, ACHENVALLIUS autem HEINIUS atque DIEZIUS priuatis colloquiis, quorum gratissimus meminit, insigniter profuerunt. Etiam si vero cara Gottinga esset, memor ille tamen summorum virorum, quos inde per aliquot secula Reipublicae Patriae dedisset Vniuersitas Lipsiensis, ad nos se contulit anno LXV. huius seculi et duce SEGERO, quem et praecceptorem et amicum colit, vniuersum Iurisprudentiae stadium emensus est, latinarum vero litterarum causa frequentauit scholas ERNESTI *junioris*. Quantum autem temporis seueriori Iurisprudentiae detrudere licuit, elegantioribus litteris dedit, in quibus adeo quidem profecit, vt etiam publice plausum non semel retulerit et quoddam iam sibi nomen fecerit. Nuper a nobis supremos petiit in vtroque iure honores, et admissus ad vtrumque examen Candidatis subeundum ita se ordini exhibuit, vt propter iuris scientiam eo magis tali praemio ornandus videretur, quo vtiliorem natali vrbi et illustrissimae Hamburgensium reipublicae aliquando futurum esse, existimaremus, quae, vt est ingeniorum elegans aestimatrix, ipsum pro tanta, quam nactus est, non solum in legibus verum etiam variis linguis et condendis carminibus perititia, suo tempore prouehet honoratum. Proximo die tertio Martii defendet disputatiouem inauguralem suo Marte conscriptam *de modo poenarum*, sub praecceptoris, quem supra laudauimus, SEGERI praesidio; habitis antea die

XXIV.



XXIV. Februarii consuetis pro Licentia lectionibus super  
*l. vn. Cod. de famosis libellis.* Post haec specimina eruditionis  
 publica Vir Excellentissimus et Iuriconsultissimus Dominus  
 TRAVGOTT THOMASIVS *Iuris vtriusque Doctor, Dyna-  
 sta in Abba-Nauendorf, Facultatis Iuridicae Subsenior et Col-  
 lega coniunctissimus,* cui Promotoris munus delegavi, ei summos  
 in iure utroque honores tribuet. Quae ut RECTOR ACADEMIAE  
 MAGNIFICVS, COMITES ILLUSTRISSIMI CAETERIQVE  
 CIVES ET PROCERES solennia praesentes ornent et GE-  
 NEROSISSIMI, NOBILISSIMIQVE COMMILITONES fre-  
 quentent, humanissime rogo. P. P. Lipsiae Dominica Remi-  
 niscere MDCCLXVIII.














ULB Halle  
005 880 491

3










1768, 33.



B.I.G.

Farbkarte #13

ANCELLARIUS

S FERDINANDVS  
O MMEL

MARTISB. CAPITVLARIS, CONST.  
T. SAX. IN REBVS IUSTITIAE AVLICVS,  
VRIAE ASSESS. DECRETALIVM P. P.  
AE ORDINARIVS ET DECANVS PERPE-  
ECEMVR EIVSQVE CONSILIARIVS

RE VTROQVE HONORES

LISSIMO CANDIDATO

SCHIEBELERO

AMBVRGENSI

MARTII MDCCLXVIII.

VENDOS INDICIT.

APSODIAE

*foro quotidie obvencientium,  
en legibus decifarum  
lectio XVIII.*

PSIAE

CINA LANGENHEMIA.